- f) Syncope duriuscula, dedita opera sic artemperata, ut literarum & syllabarum selectio & coll. sio scopulorum asperitatem meliùs exprimat. *Mittite. Fortan & hæc olim meminisse juvabit.*
- g) Accessus dixit, non adhiisus. *Per varios casus, per tot discrimina rerum*
- \*) A Cyclopius in Sicilia obfessa *Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas*
- f) Recipite animum. *Ostendunt; illic fas regna resurgere Troja.*
- g) Perseverate, animo estote confirmato, *g Durate, & vosmet rebus servate secundis.*
- h) Præ se fert lætitiā. *Talia voce refert, curisq; ingentibus æger,*
- i) Occultat. *Spem vultu h simulat; premit altū corde dolorē,*
- k) Alto. *Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris:*
- l) Detrahunt. *Tergora l diripiunt costis, & m viscera nudant.*
- m) Carnes ad epulas. *Pars in frustra secant, verubusq; n tremētia figunt.*
- n) Etiam dum palpitantia, *Littore o athena l locant alii, flammāsq; ministrant.*
- o) Ad lavandas & elixandas carnes, quæ & veteribus in usu, teste Ovidio. *Tum victu r revocant vires: fusi q; per herbam,*
- p) Collocant. *Implentur veteris l Bacchi, pinguisq; serina.*
- q) Subministrant, suppeditant. *Postquam exempta fames epulis, mensa q; remotæ,*
- r) Lucetius: Præterea capitur cibus, ut suffulciat artus, & vires recreat. *Amisissos longo socios sermone requirunt:*
- s) Metonymia efficientis. *Spemq; metumq; inter dubii, seu v'vvero credant,*
- t) Carnis. *Sive u extrema pati, nec jam x exaudire vocatos.*
- u) Naufragium facere. *Præcipue pius Aeneas, nunc acris y Oronti,*
- v) Amisissos peregræ & desiderati ter in clamabantur, si nihil respōdebat, conelamatum erat, actum vel desperatum. *Nunc Amyci casum gemit: & crudelia z secum*
- y) Apocope, pro Orontis, ad evitandam repetitionem ejusdem consonantis, velut illud: immitis Achilli. *Fata Lyci, sortemq; Cyan, sortemq; (Ioanthum.*
- z) Clam sociis, ne animi frangerentur principe perterritos.

TAB. X.

Actus refecionis constat 1. Diētis, Æneæ alloq̄, cuius 2. Factis, Trojanorum epulo, cuius 3. Eventus, menſale colloquiū, cuius	1. Forma constat 2. Adjunctus affectus 1. Apparatus 2. Actus, cuius 2. Objectum	1. Captatiōe benevolētia, ubi	1. Protasiſ, à personarū societate p̄ exclamatiōē. 2. Ætiologia, à 1. malorum reminiscētia. 2. passionum vehēmentia. 3. Dei providētia.
		2. Narratiōe, vos	1. accessit Scyllæ scopulos. 2. estus experti Cycloporum oras.
		3. Propositiōe consolatoria: revocate animū, mittite timorē.	1. à jucundo, grata erit p̄teritorum memoria.
		4. Confir- matiōe	2. ab utili venie- mus 1. per angusta, varia pericula. 2. ad au- gusta, 1. à subjecto Latio. 2. ab adjūcta tranquillitate. 3. à fine, nova Troja.
		5. Clausula, cuius	1. propositio: perseverate. 2. motus, à leta catastrophe. 1. animi egritudo. 2. letitiæ simulatio. 3. tristitiæ dissimulatio.
		1. Apparatus	1. ab objecto per interpretatiōē: accingunt se prada, ad apibus. 2. à forma, per hypotyposin & expo- sitionem, cervorum 1. exhortatio. 2. dissectio. 3. affectio. 4. elixatio.
		2. Actus, cuius	1. Finis, virium revocatio, à subjecto, per herbam. 2. Finita media 1. poculenta, vetus vinum. 2. esculenta, caro ferina.
		2. Objectum	1. adjunctum tempus, post 1. exemptam famem. 2. mensas remotas. 1. indefinitū, deso- cius, dubium cuius 1. interna, 1. spes vite. 2. metus mortis. 2. definitum, Æneæ suspi- rium, super casu 2. externa frustranea vocatio. 1. Orontis. 2. Amyci. 3. Lyci. 4. Cya. 5. Cleambi.

- Et jam finis erat, a quum Iuppiter æthere summo  
 Despicens mare c velivolam, terrasq; adjacentes,  
 Littoraq; & latos populos, sic vertice celi  
 Constitit, & Libya defixit lumina regnis.  
 Atq; illum tales jactantem pectore curas,  
 Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes,  
 Alloquitur Venus. ô, qui d res hominumq; deùmq;  
 Æternis regis imperiis, c & fulmine tei res;  
 Quid meus Æneas in te committere tantum,  
 Quid Troes potuere? quibus toi funera passis  
 Cunctus f ob Italiam terrarum clauditur orbis?  
 Certè & hinc Romanos olim h volventibus annis  
 Hinc fore ductores, revocato à sanguine Teucrî,  
 Qui mare, qui terras omni dititione tenerent,  
 Pollicitus: quæ te genitor senrentia vertit?  
 Hoc equidem i occasum Troje, tristisq; ruinas  
 Solabar, fatis contraria fata rependens.  
 Nunc k eadem fortuna viros tot casibus actos  
 Insequitur. Quæ das finem Rex magne laborû?  
 Antenor potuit mediis elapsus n Achivis  
 Illyricos penetrare sinûs, atq; intima tutus  
 Regna Liburnorum, & o fontem superare Timavi;  
 Vnde per ora novem, vasto cum murmure montis  
 It mare præruptum, & pelago premit arva sonanti.  
 Hic tamen ille urbem p Patavi, sedesq; locavit  
 Teucrorum, & genti i nomen dedit, armaq; fixit  
 Troja: num placidâ compositus pace quiescit.  
 Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arcem,  
 Navibus l (insandum) amissis, unius ob iram  
 Prodimur, atq; Italis longè disjungimur oris.  
 Hic pietatis honos? sic nos in scepra reponis?  
 Ut victor & voti compos, qui enim rerû fortiter gestarum mo-  
 numenta erigunt, arma figunt,  
 proh!*
- ollè*  
 ) Interjectivè quasi, ut illud: miserum! malum! dolendum!

a) Aliena admiscet scitè, conficiat  
 mimirum eorum, ut commodius  
 ad Cæsarium, Populique Romani  
 laudes possit expatiari.

b) Deorsum aspiciens, Trojanis  
 favens; quos enim Diî aspiciunt  
 & respiciunt, iis bene cupere se  
 declarant. c) Elegans epithetò.

d) Res Deum regio nuru & impe-  
 rio, hominum fulmine.

e) Fulmè distinguunt nonnulli, ut  
 aliud sit i. prælagum, quale illud:  
 De cælo tactas memini prædicere  
 quæcus. 2. terrificum, ut hic;  
 & alibi fulminis afflavit ventis.

3. vind cativum, quod adigic ad  
 umbras. f) Ne Italiam appellat.

g) Ex Ænea, & Trojanis.

h) Evolutis, revolutis, volvendis.  
 Enall. i) Excidium. k) itidem  
 adversa. l) Ex agit, affligit.

m) Siregnat proditor, cur pius eji-  
 citur? Habetur autem à quibus-  
 dam & ipse Æneas cum Anteno-  
 re proditor Trojæ; verùm ex-  
 cuscantur ab aliis, ut pacis & He-  
 lenæ reddendæ authores vel sua-  
 fores. n) Vide chartam Geogra-  
 phicam, de penetratione Anteno-  
 noris, ubi offendes Achivos, Illy-  
 ricum, Liburniam, Timarum,  
 Patavium: adeo que Veterorum  
 originem. o) Fluvium Timavi,  
 de quo plurima legere licet apud  
 interpretes, quoniam charta hæc  
 nostra capax non est.

p) Tam elegans, quam frequens  
 est Poëtæ circumlocutio. Fons  
 Timavi, ubi Patavi.

q) Antenoridas vocavit suos; ur-  
 bem verò, quam condidit, Pata-  
 vium, quæ jam dicitur Padua.

r) Ut victor & voti compos, qui e-  
 nim rerû fortiter gestarum mo-  
 numenta erigunt, arma figunt,  
 proh!

TAB. XI.

Didonis Hospitalitas constat	1. Conclii Veneris, vel cum 1. Jove, que consultatio constat	1. Veneris expositatione, cuius	2. Forma constat	3. Confirmatione	3. à diffinit per Comparationis	1. Transitionem de fine malorum.	
						2. Hypoty	1. à subjecto athore summo. (populis. 2. ab objecto, mari, terra, litetoribus, 3. à situ, constir in vertice caei. 4. ab effectu fixit oculos Africa.
						1. Impulsi- siva	1. externa, Iovis providentia. p 2. interna. Veneris tristitia quam lachrymis prodit.
						1. Exordio, quo captat benevolentia à Iovis potentia, cuius	1. objectum sunt res, 1. hominum. 2. Deorum. 2. ad iunctum est imperu aternitas. 3. instrumentum, fulminis terror.
						2. Propositione pathetica, quâ	1. querit de culpa Aenea & Trojanorum. 2. expositular, de pena, que est
						1. à turpi, quolo- vem in pro- missis arguit	1. iactantia qua promisit Trojanis 2. inconstantia, per Epiphonema.
						2. ab inusili- spe frustra- ta, qua	1. proponitur, 2. amplificatur contrario eventu, cōtinuatione maloris. 3. clauditur Epiphonemate, de imponendo malis sine.
						1. Protesin, antior portit	1. evadere per medios hostes. 2. penetrare 3. superare Timarum 4. condere 5. quiescere in pace.
						2. Apodosin, ab Aenea	1. Illyricum. 2. ab adunção murmure. 3. ab effectu, concussione arborum. 1. Patavium. 2. Trojam novam. 1. maiori dignitate.
						4. Clausu à per	1. Pathopœiam. 2. Ironiam.
2. Jovis placatione, vid. seq.							
2. Aenea. vid. seqq.							
2. Occasione. 3. Actu.	1. naufragio. 2. lunonu odio. 3. Italia exilio.						
4. Eventu.	vid. seqq.						

- a)** Antipöechon, vel Antichefis. **a** *ollis subridens* **b** *hominum sator, atq; deorum,*  
**b)** Juppiter. **c)** Oscula voluat esse  
 religiosi officii, basta pudici affe- **Vultu quo cælum tempestatesq; serenat,**  
 ctus, suavia libidinis. **d)** Parvū **Oscula<sup>d</sup> libavit nata: dehinc talia fatur,**  
 os filia leviter tetigit.  
**e)** Apocope, pro Mercuri. **f)** Ab in- **Parce<sup>c</sup> metu<sup>f</sup> Cytherea: manent immota tuorum**  
 sula Cythera. **g)** Continua nar- **Fata tibi, cernes<sup>h</sup> urbem & promissa<sup>a</sup> Lavini**  
 rationis serie summam Romanæ **Mænia, sublimemq; ferēs ad sidera cæli**  
 historie ab Ænea usque ad Augu- **Magnanimum Æneam. Neq; me sententia vertit,**  
 stum complectitur. **h)** Trojam **Hic (tibi fabor enim, quādo hæc te cura remordet,**  
 & Lavinium. **i)** Synæctis, pro **Longius<sup>c</sup> & volvens fatorum arcana morvebo)**  
 Lavinii. **k)** Æneas. **l)** In l- **Bellum ingens geret<sup>l</sup> Italia: populosque feroces**  
 talia. **m)** Hysteron proteron; **Contundet, m moresq; viris & mænia ponet;**  
 jura enim post urbem extructam **Tertia dum Latio regnantem viderit æstas,**  
 ætium conduntur. **n)** Tres **Ternaq; transferint Rutulis hyberna subactis.**  
 hyemes, tres anni, Synæct. Æneæ **At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo**  
 mortem cautè tegit, quam tamè **Additur (llus erat, dum res stetit Iliæ regno)**  
 tacitè innuit, cum Ascanium ei **Triginta<sup>o</sup> magnos volverdis mensibus<sup>p</sup> orbes**  
 succellurum dicit. **o)** Annos so- **Imperio explebit, regnumq; à sede Lavini**  
 lates, quorum singuli cōstant 12. **Transferet, & longam multa<sup>v</sup> i muni et<sup>q</sup> Albam,**  
 mensibus volvendis. **p)** Phœni- **Hic jam tercentum totos regnabitur annos**  
 ces annum significantes draco- **Gente sub<sup>l</sup> Hecorea: donec<sup>l</sup> regina sacerdos**  
 nem fingebant in orbem reda- **Marte gravis<sup>g</sup> geminam partu dabit Iliæ prolem,**  
 ctum, caudamque ore tenentem. **Inde<sup>v</sup> lupæ fulvo<sup>o</sup> nutricis<sup>2</sup> regmine letus**  
**q)** Latii urbem distantem à Lavi- **Romulus excipiet gentem, &<sup>\*</sup> Mavortia condet**  
 nio 12. militaria, totidemque à **Mænia, Romanosq; suo de nomine dicit.**  
 Roma. **r)** Albæ. **s)** Trojanā. **His ego<sup>a</sup> nec metas rerum, nec tempora pono;**  
**t)** Regia Sacerdos Vestæ, Iliæ Nu- **Imperium sine fine dedi. Quin<sup>b</sup> aspera Iuno,**  
 mitoris regis filia, virgo vestalis. **Quæ mare nunc terrasq; metu cælumq; fatigat,**  
**u)** A Marte compressa. **x)** Romulus **Consilia in<sup>d</sup> melius referet, necumque forebit**  
 & Remum. **y)** Laurentia Faustuli **Roma.**  
 uxoris, quæ lupa; aut quia expo-  
 sitorum infantium nutrices dictæ  
 lupæ. **z)** In memoriam nutricis;  
 vel quia ipse vëator: vel ut Hercu-  
 les leonis pelle utebatur. **\*)** E-  
 penthesis, Marria. Romā innuit,  
 cui<sup>9</sup> nomē nō posuit, quod nec in  
 sacris illud enunciate fas erat.



TAB XII.

Jovis placatio absoluitur;	1. Consolatione, cuius not.	1. Ethopæia, morū vel gestuum fi- ctio, quæ sunt	1. Risu, qui illu- stratur	1. ab efficiente, Pantocratore. 2. à subjecto vultu, quo serenat cœlū.		
		1. Exordio, quo captā de bene- volētia causa	2. Osculū, quod fixit Veneri sua filia. (tempestates). 1. Metum deponere jubet Cytheream.	2. Fata immota docet, quòd Æneas sit	1. in Italiam venturus. 2. urbem conduurus. 3. indiges futurus.	
		2. Propositione, qua promit Fatorū revelationē,	3. Inconstantiæ suspicionem amovet.	1. ab impulsiva, sollicitudine Veneris. 2. ab ad iūcta prolixitate seriei altius pe-	1. Bellum, cuius	1. in Italia. (Italia). 2. objectum, Latini.
		2. Forma, quæ consat	3. Confirmatione, per distributionem Fatorum, ut	1. Æneæ, La- viniū au- thoris,	1. Continua- tio,	1. subjectum, Italia. (Italia). 2. duramentū triēniū, per expolitionem, trina
				2. Ascanii, Al- ba Fundato- ris, Imperii	1. à subjecta persona	1. atate. 2. nomine & cogno- mine.
				3. Romuli, Romæ conditoris,	2. Translatio, cu- jus terminus	1. à quo, Lavinium. (Ita- lia). 2. ad quē, Alba bene muni-
				4. Romanorum. vid. seq.	3. Succes- sio,	1. ab ad iūcta duratione triū seculo- 2. à subjecta gente Trojana. (Rum-
		2. Legatione. vid. seq.		1. à procreante	1. matre Rhea. 2. patre Marte.	
				2. ab habitu.	1. Gentū exceptione. 2. Urbis extruptione. 3. Populi denominatione.	

e) A domo dominus, qui domui præest; hinc ad regnantes & principes: post ad quosvis præpositos: inde ad alios translatus, vel honoris, vel blanditiæ vel adulationis causa.

f) Aliæ gentes erant tunicatæ, palliatæ, braccatæ, Romana togata usque talos.

g) Refert divinam majestatem.

h) Lustrum alii quatuor annorû, alii quinque abolutorum, alii exacto quadriennio ineuntis quinti statuant, ut sit idem cum Olympiade.

i) Romana gens. Assaracus Trois filius, ex quo Capys Anchisæ patris: intelligitur: tem vel Mummium, qui Corinthum deleuit, & bonam Græci partem Imperio subjecit: vel Paulum Æmilium, qui Macedoniam devicit.

k) Urbem Theſſaliæ, Achillis patriam,

l) Urbem Peloponnesi, regiam Agamemnonis.

n) Augustum intelligit, cujus mater Actia somniavit, se concepisse ex Apolline, visceraque sua in cælum tolli, & per omnem terram extendi.

o) Augustus Fidei solenne instituit, & flaminem, religionem Vestalium institavit, ipse Pontifex Max. leges Julias & sumptuarias tulit, justitiam sanxit, concordia & pace per orbem propagata templum Jani clausit.

p) Ex bello Pharsalico & Pontico, devictis regibus, qui auxilia tulerant Pompeio.

q) In Deos relatum.

r) Meruit post mortem a-

ram, simulacrum, fastigium, flaminem.

s) Per Augustum.

t) Metaphora.

u) Augustus Fidei solenne instituit, & flaminem, religionem Vestalium institavit, ipse Pontifex Max. leges Julias & sumptuarias tulit, justitiam sanxit, concordia & pace per orbem propagata templum Jani clausit.

x) Syllepsis.

y) Pace scilicet terrâ marique facta.

z) Belli imaginem restrictis à tergo manibus, ab Apelle pictam Augustum in foro dicavit,

a) Mercurium.

b) Voluntatis divinæ Jovis.

c) Talaribus.

d) Jove vel Mercurio, qui Punice genti præfuit.

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Sic placitum: veniet lustris labentibus ætas, Quam domus Assarac Phibiâ clarasq; Mycenæ Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar, (Imperium Oceano, famâ qui terminet astris) Julius, à magno demissum nomen o Julo.

Hunc tu olim celo spoliis Orientis onustum

Accipies securâ: vocabitur hic quoque votis.

Aspera tum positis mitescent sæcula bellis:

Canâ fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirino,

Jura dabunt: diræ ferro & compagibus ætatis

Claudentur belli portæ. Furor impius intus

Sæva sedens super arma, & centum vinctus abenis

Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

m) Idem Pelopon. vid. tab. Geograph.

o) Julius Cæsar revera se ab Julo ortum credidit, ideo que Veneris, numen imperitius colebat.

p) Ex bello Pharsalico & Pontico, devictis regibus, qui auxilia tulerant Pompeio.

q) In Deos relatum.

r) Meruit post mortem a-

ram, simulacrum, fastigium, flaminem.

s) Per Augustum.

t) Metaphora.

u) Augustus Fidei solenne instituit, & flaminem, religionem Vestalium institavit, ipse Pontifex Max. leges Julias & sumptuarias tulit, justitiam sanxit, concordia & pace per orbem propagata templum Jani clausit.

x) Syllepsis.

y) Pace scilicet terrâ marique facta.

z) Belli imaginem restrictis à tergo manibus, ab Apelle pictam Augustum in foro dicavit,

Haec ait, & Majâ genitum demittit ab alto,  
 Ut terræ, utq; nova pateant Carthagini arces  
 Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido  
 Fimbis arceret. Volat ille per aëra magnum  
 Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris:  
 Et iam jussu facit. Ponuntq; ferocia Pœni  
 Corda, volente Deo: inprimis Regina quietum  
 Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam,

At

TAB. XIII.

Romanorum Fata	1. Indefinita, sunt	1. Imperii perennatio, per expolitionis aequon & Deon.		
		2. Iunonis reconciliatio, per contentionem, ab effectis contrariis, quae	1. nunc irata fatigat mare, terras, caelum.	
			2. olim placata	1. mutabit consilia. (minio. 2. amabit Romanos per expolit. ab
		3. Gracorum relictio,	1. ab adjuncto	1. Deorum placito. 2. tempore futuro.
			2. ab efficiente, quae domus Assaraci, i. e. posteris Aeneas, Argi.	
			3. ab objecto, quod sunt urbes Gracia, Phisia, Myce-	
			4. a forma, victi prementur servitio & imperio.	
		2. Definita, Julii Caesaris, mundi domitoris, sunt	1. nascentis nobilitas,	1. a Troiana gente. 2. a nominis Iulii origine.
			2. viventis majestas,	1. ab imperii amplitudine. 2. a fama celsitudine. 3. a spoliis Orientalium multitudine.
			3. morientis felicitas, quae sit	1. in caelum tandem recipiendus. 2. votis vocandus.
	4. subsecutura temporum tranquillitas, a	1. Bellorum sedatione. 2. Religionis & justitiae sanctione, cujus causae		
		1. Fides. 2. Vestis. 3. Romulus & Remus.		
		1. ab adjuncto signo, clausione lanitantis. 2. ab effectu per Prosopopoeiam Belli		
		1. inclusi super arma sedentis. 2. catenis vinciti. 3. ore cruento frementis.		

Legatio Jovis adhibetur	1. a causa administra, Mercurio Meje filio.	
	2. a fine, ut	1. Trojanis hospitium Carthagini preparatur. 2. Didoni Reginae benignitas concilietur.
	3. a forma exequendi, nuntius	1. volat per aërem remigio alarum. 2. adstas subito oris Libyae. 3. parat iussu.
	4. ab effectu	1. indefinito, omnium Carthaginiensium emollitione, a causa. 2. definito, Didoni benigna affectione per expolitionem.

LIE. 1.

D

- a) Re. lit. Poëta ad historiam Æneæ. *At pius Æneas per noctem plurima volvens,*  
b) Exquisita, explorata; vel exactè *Vi primum lux alma data est, exire locosq;*  
per Antimeneam. c) Septem *Explorare nō vos, quas vento accesserit oras:*  
naves reliquas, vel classis reli- *Qui teneant (nam incerta videt) homines nē, ferant?*  
quas. d) In loco convexo, qua- *Quære constituit, sociisq; b) exacta referre?*  
si ex nemore facta; nam Ilyvis *Classem in d) convexo nemorum, sub rupe cavatā,*  
scena coruscis desuper immine- *c) Arboribus clausam circum, atq; f) horrentibus umbris*  
bat, ut supra. e) Arborum um- *e) Arboribus clausam circum, atq; f) horrentibus umbris*  
bris. *Ex diā d) dicit.*
- f) Horrorem incipientibus. Me- *Oculis: ipse g) uno graditur h) comitatus i) Achate,*  
tonymia. g) Solo. h) Depo- *Bina manu lato k) crispans hastilia ferro.*  
nens hoc verbum à Poëtis modò *Cui mater mediā sese tulit obviam silvā;*  
activè, modò passivè sumitur. *Virginis os habitumq; gerens, & virginis armæ*  
i) Ellipsis Ab. k) Quasians. vi- *Spartana; vel qualis equos m) Threïssa fatigat*  
brans, versans. l) Laconice vel *Harpalice, volucremq; fugā prævertitur o) Hebrum.*  
Lacæna; Virgines enim spartana; *Namq; humeris de more p) habilem suspenderat arcum*  
ex instituto Lycurgi venationi- *Venatrix, dederatq; q) comam r) diffundere ventis:*  
bus, cursu, lucta, palestra, aliisq; *Nuda (genus, t) nodaq; u) sinūs collecta fluentes.*  
exercebantur: hinc in Laconia *Ac prior: Heus, inquit, x) juvenes, monstrate mearum*  
mons est dictus Parthenias, quòd *Vidistis si quam hic v) errantem sorte sororum,*  
in eo virgines venari consueve- *Succinctam pharetrā, & z) maculosa regmine lyncis,*  
rint. m) Thracia. n) Quæ Ge- *Aut spumantis apri cursum clamore prementem.*  
tas equites perniciosissimo affecu- *Sic a) Venus. At b) Veneris contra sic c) filius orsus:*  
tu cursu patrem ab iis captum in *Nulla tuarum audita mihi, neq; visa sororum.*  
libertatem asseruit. o) Fluvium *O quam te memorem virgo? namq; haud tibi vultus*  
Thraciæ, quem in Schemate Geo- *Mortalis, nec vox hominum sonat. O Dea ceres!*  
graph videbis. p) Aptum vitibus *An Phœbi d) soror, an nympharum sanguinis una?*  
luis & sexui. q) Incomptam. *Sis e) felix nostrumq; leves, f) quæcunq; laborecm*  
r) Metaphora. s) Synecdoche. *Et quo subz cælo tandem, quibus orbus in oris,*  
d) Succincta venantium more, quòd *lactemur, doceas. Ignari hominumq; b) locorumq;*  
expeditior esset ad cursum. *Erramus, vento huc vastus & fluctibus acti.*  
u) Vestis sua scilicet, cuius sinus *Multa tibi ante aras nostrā cadet h) hostia dextrā.*  
per Metaphorā dicuntur fluere & *Tunc*  
colligi. x) Juvenes vocat tan- *Diana, aut aliquo Nympha. e) Propitia. f) Quæcunq; etiam sis, sive Diana, sive Nympha; alteru-*  
quam virtute præditos, quò nun- *tram enim te esse, conicere licet ex arcu, pharetra, habitu. g) Sub qua cæli parte, vel mundi pla-*  
quam senescit; vel quia Augusto *ga, vel in qua regione. d) Hypermetec. k) Nummi tuo debitam solvemus hostiam,*

TAB. XIV.

		1. ab adjuncto tempore, p noctem, qua meditat us est plurima.	
		1. Consultatio	{ 1. prima luce exire. 2. loca explorare. 3. incolae indagare. 4. sociis renunciare.
Consilia Veneris cum Aenea consistant I. Occasione, que est 2. Veneris simulata 2. Questio, cuius not. 3. Aeneæ reci- proca per o- satio, cuius 2. Forma, seu Communicatione. 3. Effectu, sive Executione.	1. Aeneæ exploratio, cuius not.	2. Preparatio, classem condit in portu, qui describ.	{ 1. à subjectis 2. ab adjunctis { 1. nemore conyexo. 2. rupe cavata. 1. arboribus. 2. umbris. 1. Achatis comitatu. 2. amorum habitu.
	1. Obviatio,	1. à subjecto loco, in media sylva.	{ 1. habitu Sparta virginis. 2. studio venandi per comparat.
	1. Formam con- stans	1. Exordio, quo captat benevolentiam à persona Aeneas & Achate.	{ 1. Protasin, de Harpalice 2. Apodasin, de { 1. equos fatigante. 2. Hebrū praverente. 1. arcu suspensio. 2. coma diffusa. 3. veste collecta.
	2. Effectus Aeneæ negativa, per	2. Propositione petitoria: monstrate sororem.	{ 1. ab habitu succinctam 2. à studio venandi.
		3. Confirmatione, qua describit sororem	{ 1. pharetra. 2. pelle Lyncei.
		2. Effectus Aeneæ negativa, per	{ 1. Transitionem & periphrasin Aeneas. 2. Distributionem sensuum, nec audiri nec ridi.
		1. Exordium captat benevolentiam à persona dignitate, per conjectura	{ 1. antecedens, ex facie divina 2. consequens, aut es Dea { 1. voce. 2. Diana. 2. Nympharum una.
		2. Propositio petit	{ 1. labores levare. 2. locorum conditionem monstrari.
		3. Confirmatio movet affectum commiserationis, quod essent	{ 1. locorum & hominum ignari. 2. ventis & fluctibus acti.
		4. Conclusio promittit gratam remunerationem.	
		vid seqq.	

2) Illis verbis. 6) Illis Deabus; *Tunc Venus: Haud equidē tali me dignor hono-*  
 debito solis. c) Ut supplex ante *Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram* (16.  
 aras maestas hostis mihi sacri-  
 fices. d) Ut ego gesto. Neque e-  
 nim Dea sum, sed virgo Tyria. h) *Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:*  
 e) Usque ad genua. f) Synece-  
 pro cruribus & furis, & quicquid  
 sub genu est. g) Calceo utrique  
 pedi congruo; hinc adagium: co-  
 thurno vestatior; Pœnis dignū,  
 vel Punica fide. h) Quæ incolūt  
 Pœni. i) Tyro profecti.  
 k) Regis Phœnicæ, qui Tyri regna-  
 bat. l) Ipsa verò regio est pars  
 Libyæ. m) Insuperabile.  
 n) Pygmalionem. o) Metaph.  
 p) Simul avunculus, Hercules Sa-  
 cerdos. q) Hujus opes describit  
 Justinus. r) Belus. s) Virginem.  
 t) Auspicii conjugio necessarii.  
 u) Populus enim Pygmaliont ad-  
 modum puero regnum tradide-  
 rat. x) Sceleratissimus, immanis-  
 simus. y) Anastrophe.  
 z) Manifestus. a) Erga parentis  
 judicium, sororem, hujusq; mari-  
 tum, ante aras. b) Hercules, cui  
 erat sacerdos. c) Non respiciens  
 vel miseratus amore sororis. k  
 d) Cædem Sichæi.  
 e) Scil. animo, sollicitam, tristem.  
 f) πᾶσι γοῦ.  
 g) Reditus; per suaserat enim Di-  
 doni matrem superesse, sed foris  
 esse, vel peregrè. h) Ludificatus  
 est. i) Ut Arcadis illius imago ve-  
 nit socio, apud Valer. Max.  
 k) Metonym. adjuncti. Per se qui-  
 dem pius, sed ante quas crudeli-  
 ter interfectus est Sichæus.  
 l) Celatum, occultum, quod domi  
 patrum. m) Viaticum.  
 n) Cui thesauros crederat Sichæus,  
 metu regis. Justin. o) Socii Di-  
 donis, subditi Pygmalionis.  
 p) Crudelis Tyranni. Enallage.  
 q) Opinio impendentis mali. r) Ad sublevandam annonam frumentariam. s) Quas ille puta-  
 bat suas. t) Noctua. u) Vincti tria passuum millia in circuitu habentia. x) Nondu perfectam.

TAB. XV.

Confiliorum Forma communicatio eorum

1. Veneris informatio, cuius 2. Confirmatio narrat fugam Didonis 3. Actum 4. Clausula constat transitione per mutationem interrogatiorem 2. Aeneae conquerulatione. 3. Veneris exhortatione.	1. Casus am. Eraticidiana, cuius 1. Peperitio exaggeratur 2. Occultatio 3. Manifestatio, cuius 3. Evetum, qui est	1. Exordium caprat benevolentiam à persona sua dissimulatione, ubi	1. Protasis: non ego dea sum, nec digna hostiore divitiis 2. Etologia, à consuetudine virginum Tyriarum, quae solent	1. gestare phaeceam. 2. suras vincire cotibus
		2. Propositio respondet interrogatis quod videt	1. in genere, 2. in specie, imperium Didonis, quae describitur	1. regna Punica. 2. populos à Tyro profectos. 3. urbem Carthagine. 1. finis Libyae. 2. papulum bellicosum. 3. ab impulsiva Germanum fugiens. 1. illata gravitate. 2. narranda brevitate.
		1. ab objecto Sicheo, qui describitur	1. fortuna seu opibus. 2. à conjugio & amore. 3. à sociis de sponsantibus pietate.	2. illibata virginitate. 1. à regno Tyri. 2. à relatione, Didonis Germanus. 3. ab adjuncto scelere. 2. furore.
		2. ab efficiente Pygmalione, qui describitur	1. impietate, quae etiam non peperit aris. 2. aversitas. 1. diuturna.	1. simulavit multas absentiarationes. 2. vana spe lactavit sororem.
		3. ab impulsiva, qui describitur	1. diuturna.	1. efficiens est imago conjugis in somnis apparsit. 1. faciem pallidam mirè attollebat.
		2. Formae	1. suaderet fugam 2. aperit ut he sauros	2. locum & vulnus monstrabat. 3. totum favinus relegebat.
		3. Finitis	1. à subjecto loco, terra condidit ut 2. à materia, auri & argenti.	1. ab adjunctis sociis. 2. ab impulsiva, Tyranni odio. 2. metu.
		3. ab instrumentali, navibus paratis. 2. enustus auro.	1. à subjecto pelago, per Itoniam & elusionem Pygmalionis.	1. à causa principali, per Epiphonema.
		1. adventus ad locum, ubi postea Carthagine visa. 1. mania. 2. aeneas.	1. à nomine Byrsam.	1. à spatioso, ceteris cassinis.
		2. emptio soli ad condendam urbem	1. qui sunt. 2. unde veniant. 3. quo tendant.	

L. B. 1.

B. 3.

¶ Corium, Iosephus Scaliger vult *Mercatig, solum, facti de nomine, Byssam,*  
 transpositione Græca dici *אֲרָרָא*, *Taurino quantum possent circumdare & tergo.*  
 arx, turris, locus munitus. Sic Carthago à Charta nomen habet. Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?  
 ¶ Tergore, quo in tenuissimas partibus dissecto, majus spatium occupaverat, quam petiverat. *Quòve tenetis iter?*

a) Ellipsis verbi, Respondit, ut *Quærenti, & tibus ille*  
 melius exprimeret pathos in *Suspirans, imoq; trahens à pectore vocem:*  
 versu sequenti,  
 b) Ab ultima memoria raptæ Helenæ, *O dea,* b) si primâ repetens ab origine pergam,  
 c) Si orium tibi sit. Et c) vacet d) annales nostrorum audire laborum;  
 d) Relationem, Annales propriè Antè diem clauso e) componet vesper olympo,  
 fuerunt tabulæ, in quas singulorum annorū res gestæ referrebantur à Pontifice Maximo. *Nos Trojâ antiquâ (si Vestras sorte per aures*  
 e) Componat. Quod plus videtur *Troja nomen iit) diversa per æquora vectos,*  
 habere venustatis & vetustatis. *& Forte suâ Libycis tempestas appulit oris.*  
 Sensus est: Si tibi vacet audire Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste penates  
 nostras calamitates, futurum est, ut vespera finiat diè clauso *Classè veho mecum: famâ super æthera notus,*  
 cælo, quod noctu ocluditur, h) Italiâ quæro: i) patriam, & genus ab Jove summo.  
 Sed & Metaph. videtur hic esse, qua de die loquitur, ut de mortuo; mortui enim dicuntur componi. *Bis deniq; Phrygium<sup>k</sup> conscendi navibus æquor,*  
 In qua plus 180. annis regnatum *Matre' deâ monstrante viam, m) data fata sequuntur.*  
 est; vel respectu Carthaginis *Vix septem convulsæ undis, n) Euroq; supersunt.*  
 jam surgentis, ut quæ longo *Ipse ignotus, egens, Libya' deserta peragro,*  
 satis tempore, post eversam *Europâ atq; Asia p' pulsus. Nec plura querentem*  
 Trojam, condita fuerat: verum *Passa Venus, medio sic inter fata dolore est:*  
 est Historiæ magna hic, atque Poëtis.

p) Casu suo. *Quis*  
 h) E Coryto Thusciz vel Herruziz urbe ortus est Dardanas. i) Duplicem appositionem constituit: Patriam ab Jove, propter Oraculum. Genus ab Jove, propter Dardanum.  
 k) Mare terræ altius rectè dicitur conscendi. l) Venere, vel ejus stella semper visa.  
 m) Proditionis suspicionem removel, fugam satis adscribendo. n) Eutium inter Orientis stationem & Septentrionem versantem habuerunt in Africam secundum, in Italiam navigaturi contrarium. o) Pathos in singulis verbis. p) Et sic in Africam compulsus, quæ tertia orbis pars.



TAB. XVI.

Æneæ conq̄rulat̄o confas

1. Antecedenti suspirio, per expolitionem.

1. Exordium captat attentionem, à prolixitate narrationis, & hyperbolica exaggeratione laborum,

{ 1. ab orginis altitudine.  
2. ab annalium similitudine.  
3. à spatii diurni necessitudine.  
1. ab antiquitate.

1. Quis itineris sui terminus { 1. à quo, Troja, 2. à celebritate, per emphaticam parenthesis.  
2. per quem, diversa per aquora.  
3. ad quem, ad oras Libycas vi conjectus.

2. Propositio respondet triplici quaestioni,

2. Quæ sua sit persona, { 1. a nomine.  
2. à pietate, ex cura penatum.  
3. fama celebritate.

3. Quò tendat, nimirum querere se dicit { 1. Patriam, Italiam.  
2. Genus antiquum à Iove.

{ 1. à numero navium vicenario.  
2. à subjecto mari Phrygio.  
3. à causa adjuvante, Venere monstrante viam.  
4. ab impulsiva, Fatorum instinctu.

3. Confirmatio que re, siue amplificatio laborum desumitur

5. ab eventu tristi, scil. naufragio, quo credebatur esse irredecim naves.  
6. ab errore, { 1. ab adjunctis, ignotis & egenis error.  
2. à subjectis, per deserta Libya.  
7. ab exilio, quo sit pulsus Europa atq; Asia.

3. Consequenti Veneris inerloquio, quo Æneam { 1. non est passa plura queri.  
2. sed in medio dolore interpellavit.

a) Ita obvios sibi ignotos compellabant. b) Incolumes, salvos, qui pericula jam evaserint.  
 c) Duodecim navium. d) Pofitus, secundis, conversis, qui supra fuerant aduersi. e) Hypall. pro Augurium vanum, mendax.  
 f) Auspicata omnia, numerus, volatus, cantus avium. g) Gregatim volantes. h) Cygnos naves, a quilibet tempestate comparat; estque cygnus nautis augurium felicissimum. i) Aquila.  
 k) Sereno. l) Turbaverat, dispererat. m) Designare, eligere.  
 n) Superato periculo letantur.  
 o) Caelum. Synecd. p) Agnominatione vel Paranomafia, Synecd. & Metonym. in Puppis & Pubes.  
 q) Sese, vel discedens. r) Ambrosia illita, vel immortales, divinae. Deos enim credebant suavissimum spirare odorem. s) Prius succincta, vel cujus sinus nodo collecti.  
 t) Deorum quippe incessus est continuus & aequalis, non dimotis pedibus, neque transpositis.  
 u) Ob distinctionem sequentem non sentitur hiatus, & mirifice assurgit versus ex pedis quinti effusione; unde carmini non parva videretur accedere Majestas.  
 x) Ex consuetudine magis, quam ex animo loquitur.  
 y) Non secus ac Juno, caeteraque adversa numina.  
 z) Figuris, formis, simulacris.  
 a) Conventu mutuoque colloquio frui. b) Eneam & Achatem f. Moliriv's moram, aut veniendi poscere causas. c) Nebula. d) Metaphora. e) Tmesis.  
 f) Facere, creare. g) Urbem Cyprum, quam videbis in charta Geographica, ad Orientem.  
 h) Quod incolumem vidit filium.  
 i) Synecdoche numeri, & Auxesis. k) Arabico, Sabaei Arabiae felici populi.  
 l) Thure & floribus tantum sacra fiebant Veneri, non hostiarum sanguine.

Quisquis es, haud (credo) in visis caelestibus, auras  
 Vitales carpis, Tyriam qui ad veneris ut berm.  
 Perge modo, atq; hinc te Regina ad limina perfer.  
 Namq; tibi reduces socios, classemq; relaxam  
 Nuntio, & in tutum d' versis aquilonibus actam:  
 Ni frustra augurium vani docuere parentes.  
 Aspice bis senos letantes, & agmine cygnos,  
 Etheria quos lapsa plagâ Iovis ales aperio  
 Turbabat calo: nunc terras ordine longo  
 Aut capere, aut captas jam despectare videntur.  
 Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,  
 Et cetum cinxere polum, cantusq; dedere:  
 Haud aliter puppesq; tua, p' pubesq; tuorum  
 Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.  
 Pergè modo: & quâ te ducit via, dirige gressum.  
 Dixit: & pavertens roseâ cervicere vulsit,  
 Ambrosiaq; coma divinum vertice odorem  
 Spiravere: pedes vestis defluxit adimos,  
 Et vera incessu patuit dea. Ille, ubi matrem  
 Agnovit, tali fugientem est vote sequutus:  
 Quid narum tories crudelis tu quoq; falsis  
 Ludis imaginibus cur dextrâ jungere dextram  
 Nondatur? ac veras audire & reddere voces?  
 Talibus incusat, gressumq; ad mœnia tendit.  
 At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,  
 Et multo nebula circum dea fudit amictu:  
 Cernere ne quis eos, neu quis contingere possit.  
 Ipsa & Paphum sublimis abit, sedesq; revisit  
 Latas suas: ubi templum illi, centumq; Sabae  
 Thure calent aræ, fersisq; recentibus halant.

Cor-

TAB. XVII.

1. Exordium captat benevolentiam à persona Æneæ, à disparatis, quod  
 2. quavis sit calamitas, inq. Libyam  
 2. Propositio exhortatur, ut recta Didonis hospitium petas. (conjectus.)  
 3. Ratio ab utili, futurum, ut  
 1. socios reduces.  
 offendat  
 2. classem saluam per expolitionem.

4. Rationis approbatio ab augurandi arte, quam non frustra didicerit à pa-  
 1. à numero duodenario. (rentibus.)  
 2. ab adjuncta latitia.

I. Forma, cuius

5. Expolitio, ab augurio pre-  
 senti, cuius  
 1. Objectum signum sunt cygni,  
 2. Effectum signatum per  
 3. à fortuna  
 1. aduersa, qua persecutione passus ab aquila, inq. aere turbati.  
 2. secunda, qua in ordi- 1. aut captent, nem redacti terram 2. aut capti a spi-  
 1. reduces ludunt alis. (ciant.)  
 2. cœtu cinxere cœlum.  
 3. dederunt cantum.  
 2. Apodosin, sic  
 1. naues & socii tui. (ostia.)  
 2. aut portum tenet, aut subeunt

6. Clausula exhortatur ad suscepti itineris continuationem.

1. à forma, qua prodidit se Deam airvino  
 1. cervicis fulgore. 2. comarum odore.  
 3. vestitus decore. 4. incessus tenore.

2. Adjuncta manifestacione,

1. agnovit matrem Venerem.  
 2. insecutus est fugientem.  
 2. ab effecto, quo Æneas  
 3. incusavit eam dictis, quod mater filium  
 1. ludat simulata specie.  
 2. dedigne 1. contactu- tur suo 2. colloquio.  
 4. gressum ad mœnia tendit.

3. Consequenti eventu, quo Venus

1. Æneam cum Achate obnubit, ubi causa  
 1. instrumentalis per expolitionem  
 2. finalis, ne quis eos  
 1. nube sepsit.  
 2. nebula circumfudit.  
 1. cerneret. 2. contingeret.  
 3. retardaret. 4. explorare.  
 2. Sedem suam repetit  
 1. à nomine, Paphus civitas Cypri.  
 2. à templo.  
 3. ab aîu, que  
 1. calent thure. 2. halant fertis.

LIB. I.

E

- a) Passuum 3000. longitudine, vel  
 alius tria milliaria. b) Superne:  
 c) Barbarolexis & Anustochon:  
 pro Magaria, vel Mapalia, ut lib.  
 3. Georg. d) Vias lapidibus con-  
 stratas. e) Anaph. h) Enall. pro  
 Ducebant. g) Molibus jactis  
 extollere. h) Magnam habere e-  
 nergiam hæc vox, significans Ty-  
 riorum studium ardens, addo ut  
 manibus suis, nedum machinis,  
 subvoluerent faxa. i) Designare,  
 quasi ab ὄψω, confidero.
- k) Fossa. l) Forum, & locum juri  
 d cundo. Meronym. adjuncti pro  
 subiecto; sic enim jubent hoc in-  
 telligi priora. m) Augustus in-  
 stituit, ut illi Deo sacrificaretur,  
 cujus in templo Senatus habere-  
 tur. n) Propter mercimonia.  
 Semper autem classic valuit Car-  
 thago. o) Hinc futura magni-  
 tudo cognosci poterat. p) Sic  
 quidem in extructione Carthagi-  
 nis ratio habebatur scenarum &  
 theatri. q) Apum labores jisdẽ  
 propè verbis videt. 3. Georg.  
 r) Enall. pro Exercentur labore.  
 s) Sive foridibus, liquida, defecata,  
 depurata. t) Liquido; puro.  
 u) Pecus dicimus, qui quid huma-  
 na lingua atque effigie caret.
- x) Metaph. y) Ex aliena felicitate  
 suam metitur calamitatem.  
 z) Metaphora, pro Extruuntur.
- a) Enall. generis; miscetur, vel mi-  
 scet se. b) Adijcietur mox tem-  
 plum. Nullum enim veteribus  
 templum erat sine ludo, ut majore  
 religionem in cuteret horro-  
 loci. c) Amoenissimum Metaph.  
 vel Metonymia, quia amœnitas  
 latos facit, vel latificat.
- d) Ventorum scil. e) Portentum.  
 f) Equi conspectum belli omen habere, ostenditur l. 3. Æneid. ab Anchisi. Car-  
 thago olim Caccabe dicta, lingua Punicâ caput equinum, g) Victoriis, vel ad vincendum, signifi-  
 catio.
- Corripuere viam interea, quã semita monstrat.  
 Jamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi  
 Imminet, adversasq; spectat de super arces.  
 Miratur molem Æneas, c magalia quondam:  
 Miratur portas, strepitumq; & strata diuorum.  
 Instant ardentem Tyrii: pars ducere muros,  
 g Motiriq; arcem, & manibus h subvolvere saxa:  
 Pars i optare locum tecto, & concludere k sulco.  
 l Jura, magistratusq; legunt, m sanctumq; senatum.  
 Hic n portus alii effodiunt: hic o alia theatris  
 Fundamenta locant alii, immanesq; columnas  
 Rupibus excidunt, p scenis decora alta futuris.  
 Qualis q apes æstate nova, per florea rura,  
 r Exercent sub sole labor, cum gentis adultos  
 Educunt fœtus, aur cum s liquentia mella  
 Stipant, & t dulci distentant nectare cellas:  
 Aut onera accipiunt venientũ: aut agmine factos,  
 u Ignavam fucos u pecus à præsepibus arcent:  
 x Fervet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.  
 O y fortunati, quorum jam mentia z surgunt,  
 Æneas ait, & fastigia suspicit urbis:  
 Infert se septus nebula (mirabile dictu)  
 Per medios, a miscetq; viris, neq; cernitur ulli:  
 b Lucus in urbe fuit media, e latissimus umbra:  
 Quo primum jactati undis, & d turbine Pœni  
 Effodere loco e signum, quo dregia luno  
 Monstrarat, f caput acris equi: sic nam fore bello  
 Egregiam, & facilem v victu per secula gentem.  
 Hic templum Iunoni ingens b Sidonia Dido  
 Condebat, donis opulentum, & i numine Divæ:  
 Ærea cui graçibus surgebant limina, k nexaq;  
 Ære trabes: foribus cardo stridebat abenus.

TAB. XVIII.

<p>Consiliorum Efficacius, seu Executio est Aeneas</p>	<p>1. Hodeporia, quae consistit</p>	<p>1. Pragmatologia</p>	<p>2. Aeneas propria.</p>	<p>1. Adm iratio cuius objectum est</p>	<p>2. Animum industriae per</p>	<p>1. urbis magnificentia, quae amplificatur per</p>	<p>2. Distributionem, quoad Recip.</p>	<p>3. Comparationem, ab industria a- pum,</p>	<p>2. Exclamatio.</p>	<p>3. Penetratio mirabilis, intrat u- bem,</p>	<p>1. Topographia,</p>	<p>2. Theoria, vid. seq.</p>	<p>LIB. I.</p>	<p>E 2</p>	<p>1. Communi Aeneas &amp; Achati,</p>	<p>1. via proxima ingresso,</p>	<p>2. collis conscen-</p>	<p>3. ad iungenda altitudine.</p>	<p>(vi. sio, ab</p>	<p>2. usu, quo Carthago poterat specta-</p>	<p>1. Contentionem, 1. iunc moles. 2. olim magalia.</p>	<p>2. congeriem,</p>	<p>1. portu. 2. strepitus.</p>	<p>3. litibostrotia.</p>	<p>1. Assumptionem generis: instant ardent es.</p>	<p>1. munimenta,</p>	<p>1. muri. 2. arx. 3. saxa.</p>	<p>4. domorum loca.</p>	<p>2. ad iumenta, iura, Magistratus, Senatus.</p>	<p>3. emolumenta portus ad commercia idonei.</p>	<p>4. ornamenta</p>	<p>1. fundamenta. 2. columna,</p>	<p>3. umbracula,</p>	<p>1. ab adiuncto tempore estivo.</p>	<p>2. a subiectione florigeri.</p>	<p>1. factus educatione.</p>	<p>1. mella stipant.</p>	<p>2. cellas distendunt.</p>	<p>3. onera excipiunt.</p>	<p>4. fu. os abigunt.</p>	<p>5. fervide laborant.</p>	<p>6. mella redolēt thymo.</p>	<p>1. de Tyriorum felicitate.</p>	<p>2. ex aspectu urbis sublimitate.</p>	<p>1. septus nebula.</p>	<p>2. visus a nemine.</p>	<p>1. à situ, in urbe media.</p>	<p>2. ab amœnitate umbra.</p>	<p>1. Luci,</p>	<p>3. memorabilio- mine, cuius</p>	<p>1. ratio descri- bitur,</p>	<p>2. interpretatio: fore urbem bellicosam &amp; locupletem.</p>	<p>1. invenientibus Paenis.</p>	<p>2. monstrante Dea lu. one.</p>	<p>3. mediante capite equino.</p>	<p>1. totum, à magnitudine, religione, efficiente principali</p>	<p>2. partes, à materia, arcibus</p>	<p>1. gradibus.</p>	<p>2. trabibus.</p>	<p>3. foribus.</p>
--	-------------------------------------	-------------------------	---------------------------	---	---------------------------------	--	--	---	-----------------------	--	------------------------	------------------------------	----------------	------------	--	---------------------------------	---------------------------	-----------------------------------	---------------------	---	---	----------------------	--------------------------------	--------------------------	--	----------------------	----------------------------------	-------------------------	---	--	---------------------	-----------------------------------	----------------------	---------------------------------------	------------------------------------	------------------------------	--------------------------	------------------------------	----------------------------	---------------------------	-----------------------------	--------------------------------	-----------------------------------	---	--------------------------	---------------------------	----------------------------------	-------------------------------	-----------------	--	------------------------------------	--	---------------------------------	-----------------------------------	-----------------------------------	--	--------------------------------------	---------------------	---------------------	--------------------

cautione activa, sed coacta, & quæ exemplo caret; tutius ergo fuerit: facili & parabili victu contentam. Ut Seneca 90. Epist. h) Tyria, a Sidone Tyro contermina, quæ urbs prima metalla fodit. vide tabell. Geogr. ad Orientem. i) Numinis simulacro. k) Hypermeter.

- a) Prima spes salutis. Secuta enim alia quoque sunt, quæ formidinem detraxere.
- b) Inter cætera salus satis audacter speratur.
- c) Felicitas, opulentia. Dum miratur, quæ in magnifico templo pingebantur, Didonis fugam, caput equi, & Etum corium, varios urbis casus.
- d) Quæ Europam intulit; Asia parsa est: Africa pinxit.
- e) Atræi filios, Agamemnonem & Menelaum. Malunt alii cum Seneca Atridem, quod sanè contextui aptius videtur; nam quomodo, si tres constituas, postea sævum ambobus Achillem subdit? nec Achilles Menelao sævus fuit.
- f) Agamemnoni, quem voluit occidere, & Priamo Trojanorū regi; volunt allusum ad Catonem Cæsari & Pompeio infestū.
- g) Priami Fama, vel: Ecce Priamum hic depictum.
- h) Apud fines Libyicos.
- i) Debita, congrua Viruti & patriæ fortiter & cum laude propugnare, Metonymia effecti pro causa.
- k) Hic etiam calamitatum nostrarum est quædam miseratio.
- m) Quæ cuivis accidere possunt.
- o) Lacrymarum.
- Hoc<sup>u</sup> primum in luco nova res oblat a timorems  
Lenit; hic primum Æneas sperare salutem  
Ausus, & affluctis melius confidere rebus.  
Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo,  
Reginam opperiens: dum quæ fortuna sit urbi,  
Artificumq; manus inter se, operumq; laborem  
Miratur: videt Ilacas ex ordine pugnas,  
Bellaq; jam famâ<sup>d</sup> totum vulgata per orbem:  
Atridas, Priamumq; , & sævum ambobus Achillem.  
Constitit, & lacrymans: Quis jam locus (inquit) Achate,  
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?  
En g Priamus: sunt<sup>h</sup> hic etiam<sup>i</sup> sua præmia laudi,  
Sunt<sup>k</sup> lacrymæ rerum: & mentem<sup>m</sup> mortalis  
tangunt,  
Solve metus: feret hæc aliquam tibi fama salutē.  
Sic ait; atq; animum picturâ pascit<sup>u</sup> inani,  
Multa gemens, largoq; humectat<sup>o</sup> flumine vultū.  
Namq;*
- l) Carthaginensium.  
n) Propter rerum simulacra duntaxat.

Theoria seu contemplatio Æneæ

1. Generalis constat

- 1. Transitione, quæ captatur attentio, a rei novitate, quæ Æneæ
  - 1. timorem mitigavit.
  - 2. spem auxilii, per expolitionem, à contrariis,
    - 1. salute instante.
    - 2. afflictionē cessante.
- 2. Occasione, quæ est
  - 1. Singulorum iustratio.
  - 2. Regina expectatio.
  - 3. Admiratio, ab objecto,
    - 1. Urbis fortuna.
    - 2. Artificum solertia.
    - 3. Laborum frequentia.
- 3. Objecto, quod est Pictura belli Trojani,
  - 1. à forma, ordinis concinnitate.
  - 2. à materia, quæ sunt prælia Trojana.
  - 3. ab adjuncta celebritate per totum orbem.
  - 4. à subjectis principibus,
    - 1. Atreidis, Atrei filius.
    - 2. Priamo.
    - 3. Achille utriusq; in senso.
- 4. Effecto, quod exprimitur Æneæ
  - 1. Hypotyposi
    - 1. consistentis.
    - 2. lachrymantis.
  - 2. Prosopœia
    - 1. monstrantis
      - 1. Belli celebritatem.
      - 2. Priami majestatem.
    - 2. laudantis
      - 1. Iustitiam, quæ virtuti suæ præmia tribuunt.
      - 2. Sympathiam, quæ Trojanorū commiserationē ducuntur.
    - 3. ominantis inde salutem aliquam.
  - 3. Pathopœia, quæ
    - 1. frustra delectatur pictura.
    - 2. multos edit gemitus.
    - 3. vultum humectat lachrymis.

2. Specialis, vid. seq.

- a) Moenia Trojae. b) Insequere Namq̄ videbat, ut ibi bellantes a Pergama circum  
 retur, impressionem faceret, ur- *Hac fugerent Graii, b) premeret c) Trojana juvenus a*  
 geret fugientes. c) Hector in- *Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.*  
 primis. d) Thracum regis, qui *Nec procul hinc d) Rhæsi c) nives tenoria velis*  
 Trojanis auxilio venit, cum hac *agnoscit lacrymans: i) primo quæ & prodita lomno*  
 oraculi conditione, invictam fo- *Tydidis multâ vastabat cæde cruentus:*  
 re urbem, si equi ipsius intra cam *Ardentesq̄, avertit equos in castra, prius quàm*  
 pabulum gustassent, & d) Xantho h *Pabula gustassent Trojae, k) Xanibumq̄ bibissent.*  
 bibissent, clausis autem portis, *Parte aliâ fugiens amissis l) Troilus armis,*  
 cum extra urbem castra posuisset, *Infelix m) puer, atq̄, impar n) congressus Achilles,*  
 i) Diomede & Ulyssæ specta- *Fertur equis, currusq̄, hæret resupinus o) inani,*  
 tum missis cæsus est cum suis, ave- *Lora tenens tamen: huic cervixq̄, p) comag, trahuntur*  
 sti; equi in castra. *Per terram, & q) versa i) pulvis i) inscribitur hastâ.*
- e) Albis. f) Prima nocte. *Interea ad templum e) non aquæ Palladis ibant*  
 g) Ad Dolone speculatore Trojano. *Crinibus Iliades u) passis, x) peplumq̄, ferebant,*  
 h) Diomedes Tydei filius. *Suppliciter tristes, & t) unâ x) pectora palmis.*  
 i) Candidos & veloces. k) Sca- *Diva solo fixos oculos a) averfa tenebat.*  
 mandum vocat Homerus. *Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,*  
 l) Priami ex Hecuba filius. *Exanimumq̄, auro corpus b) vendebat Achilles.*  
 m) Pathos ab ætate. n) Sed & A- *Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,*  
 chilles à Troilo fertur ita vulne- *Ut i) spolia, ut currus, utq̄, ipsum corpus d) amici,*  
 ratus, ut aliquot dies pugna ab- *Tendentemq̄, manûs Priamum conspexit inermes.*  
 finire cogere. o) Carente *e) e) quoq̄, Principibus l) permistum agnovit Achivis,*  
 rectore. p) Quia Phryges comam *Eoasq̄, acies, & nigri h) Memnonis arma.*  
 alebant. q) Culpide hastæ retrò *Ducit Amazonidum i) lunatis agmina peltis*  
 conversa. r) Vi cæsura brevis *Penthesilea furens, mediisq̄; in millibus ardet,*  
 producit. s) Exaratur, scalp- *Aurea subnectens m) extertæ u) cingula mammar,*  
 tur, sulcatur. t) Infensa. *Bellatrix, audentq̄; viris o) concurrere virgo.*
- u) Solutis, spartis, demissis. *Hæc*
- x) Pallam pictâ, à Thæne Anteno- *Qui ab orientali India veniens Auroræ filius rehibetur.*  
 ris uxore Palladi oblatam. *y) Ceriris, scutis brevibus semiplenam Lunam referentibus. k) Amazonum Regina, quod careat*
- y) Supplicantium more. *altero mamma, quæ m) dicitur. l) Bellandi cupiditate & rabie quadam, quæ & sororem*  
 z) Synecdoche. *Hippolyten interfecerat. m) Sinistra nudatæ; nam dextra adurebatur, quod expeditiores essent*
- a) Averfata. b) Patri Priamo sup- *arcubus & hastis in bello tractandis. n) Periphraſis Balthei. o) Congredi.*  
 plici. c) Hectori ablata. *l) Bellandi cupiditate & rabie quadam, quæ & sororem*
- d) Erat n. Hector Æneæ affinis, per *Hippolyten interfecerat. m) Sinistra nudatæ; nam dextra adurebatur, quod expeditiores essent*  
 Creusam. e) Suam quoque ef- *arcubus & hastis in bello tractandis. n) Periphraſis Balthei. o) Congredi.*  
